



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Triplex Statvs; Ecclesiasticvs, Religiosus, & Sæcularis

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Cap. 3. De Pauperitatis voto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80707](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80707)

CAPVT II.

De iis, ad qua Religiosus sua professionis vi tenetur.

Religiosus
vi professionis
tenetur
professioni
studere.

ELIGIOSVS professionis vi tenetur aliquo modo perfectionis progredi in via, quia ex vi professionis obligatur, velle suum statum, qui est perfectionis, seu ad perfectionem tendentium seruare, licet secundum se precepti non sit sed consilij. Hoc autem est, ut inuicem velle ad perfectionem tendere. D. Thom. 2. 2. q. 186. a. 1. & secund. q. 184. art. 5. Suarez de Relig. tom. 4. l. 1. cap. 4. Bardi de cons. d. 7. cap. 6. paragrapho quinto Layman. lib. 4. tr. 5. cap. 1. n. 1.

Hoc ob-
uia sp. cia-
tim expedit.

Hanc itaque obligationem expendo. Non tenetur actu esse perfectus, sed tantum perfectioni studere. Tenetur autem ad perfectionem tendere per media essentialia, per vota, per auxilia secundaria non contemnendo ea. Aliquibus medijs vi ex prefatis, quia si omnia abiciat in statu salutis inesse non videtur. Tenetur aliqua opera bona prestare supererogationis, siue specialiter non precepta, nec promissa, quia alias moraliter loquendo, haud potest debita salutis intentionem habere. Suarez tom. 4. de Relig. l. 1. cap. 4. Porro ad huiusmodi perfectionem debet tendere per media sue Religionis non per alia. Hoc est, suas Regulas asseruando. Sanchez libro sexto Decalog. capite quinto numero 1. & 2.

Professus
potest irri-
piuiter
contra sta-
tum delin-
quere.

Peccat autem professus primo per Regulam contemptum, id est, si nolit subici. Secundo, si solum velit obsequare, quae sub lethali obligant, quia perfectionem proculdubio contemnit. Tercio, per actum directe contrarium, hoc est nolendo perfectioni studere. Quod mortale quidem est Sanchez lib. 6. Decalog. cap. 5. n. 6. 7. & 10. Bardi de cons. d. 7. c. 6. §. 5.

Qui intendit
nūquam
seruare Re-
gulam.

Qui intendit nunquam seruare Regulam, lethale est etiam si facile possit, lethaler delinquit, intendere, (secus autem, qui solum circa eius observationem sese sollicitum non prestat) quia saltem non habere proximam dispositionem ad regulam seruandam, formalem arguit contemptum. Suarez tom. 4. de Relig. l. 1. c. 4. n. 24. At si ex animi remissione, & sine vilo iusto titulo per directam intentionem velit aliquam Regulam non seruare erit veniale, quia leuis contemptus. Suarez ibid.

Violare Re-
gulam ex
consuetudi-
ne mortale
est.

Ex consuetudine Regulam violare, lethale est, quia qui sic se gerit, Regularem disciplinam perturbat: constituitque se in eo statu, ut velut incorrigibilis sit expellendus: tenetur autem quilibet ratione votorum quibus se Religioni addixit, ita se gerere, ut sit tolerabilis, & expelli non mereatur. At qui, nullum conatum ad perfectionem adhibendo Regula, siue discrimine transgreditur reddit se intolerabilem, ut debeat expelli, aut si toleretur, b. & Mend. Theol. Mor. Tom. VII.

retur, plurimum prauo nocet exemplo. Ergo per accidens & indirecte agit contra professionem, & lethaliter delinquit Sanchez l. 6. Decalog. cap. 4. numer. 18. Layman. l. 4. tr. quinto cap. 9.

Porro nostre Societatis Iesu Scholasticus vel coadiutor temporalis, vel spiritualis, qui de industria prauis moribus dimissionem extorquet, non est liber a votis simplicibus, quos post unum & alterum probationis annum emisit. Lef. l. 2. c. 40. dub. 15. Sanchez l. 6. Decalog. c. 9. n. 99. Layman. l. 4. tractat. quint. capite 9. numer. 14.

Præterea Religiosus societatis, qui non adhibet diligentiam ad cauendos defectus, ob quos se dimittendum præuidet, Et licet ita dimissus sit, liber sit in conscientia, si tamen sit dimissus ob fraudem, vel peccata in eum patrata finem, irrita est dimissio, utpote obtenta per dolum dantem ipsi causam (sicut in matrimonio, & ceteris contrahibus.) Vnde subiacet apostatarum poenis Bonac. de claus. g. niam, in g. 2. pun. 13. §. 1.

Qui de in-
dustria prauis
morbis extor-
quet & So-
cietate Iesu
dimissionem
non est liber
a votis.

Peccat
mortaliter,
si non ad-
hibet dili-
gentiam, in
vitandis
defectibus
ob quos se
dimittendum
præuidet.

CAPVT III.

De Paupertatis voto.

IN 12. propriam habere Religiosus ex paupertatis voto obligatur. Non enim proprie intelligo tenentia bona pretio aestimabilia, quorum dominium, vel disponendi facultatem liberam, ac independentem in perpetuum abdicauit Cap. Non dicatis 12. q. 1. Cap. Monachi. Dixi Temporalia bona: retinet namque bonorum spiritualium honoris, fame Dominium, ius eligendi, præsentandi, conferendi Regulare beneficium, &c. D. Tho. 2. 2. q. 66. a. 7. Sanchez dub. 5. Layman. l. 4. tr. 5. c. 7. Dixi, Dominium, vel facultatem disponendi, propter nostre Societatis Iesu Religiosos, qui post vota emissâ, retinent & acquirere possunt dominium radicale bonorum temporalium: non tamen habent ius actuale de iis, pro suo arbitrio disponendi, vel vendendi, in cuius abdicatione paupertatis Religioz essentia consistit. Addidi, Independentem, quia Religiosus etiam professus potest habere peculium dependens, ac reuocabile ad superioris notum, quod nomine proprii non comprehenditur. Sanchez, & Layman. ubi supra.

Ad quid
Religiosus
ex pauper-
tatis voto
obligatur.

Vnde elicio, non repugnare paupertatis voto, Religiosos habere bona in communi, etiam immobilia Et sine papæ consensu non possunt se obligare communitati, quod ea nūquā sint acquirunt. Quia immunitati Ecclesiæ, siastica placet præiudicarent. Card. Lugo annotat. Resp. Mor. l. 3. dub. 8. Nec possunt fructus, seu redditus a donatore ad ea emenda destitutos, ad usus alios, vel bi gratia ad debita soluenda applicare. Lugo inibi. Nec repugnare, si Religioso detur villa, vel alius locus administrandus Monasterij nomine idque in Monasterij commodum. Imò si detur in commodum ipsius Religiosi aliquod Ecclesiasticum.

Que pau-
per-
tatis
voto non re-
pugnat.

cū beneficio ū Quo casu ad eum pertinet reditu-
tuo ad mini- ratio, quos ad sui sustentationē
pialque causas potest applicare, quod
reliquum erit, pertinet ad Ecclesiam, vel be-
neficiū n, cui seruit. Donationes verò de
reduibus beneficij factae ab eo in vlti non
pios, (unt inualidæ, ac contra iustitiam, ne-
que accipientes non possunt eas tuta conscien-
tia retinere. Suar. & Molin. quos citat, &
sequitur Bulembaum l. 4. c. 1. dub. 4. Ad Mo-
nasterium vero pertinent omnia alia, quæ
al unde, quam ex beneficio acquirantur, ni-
si ex consuetudine Ecclesiæ cedant. Azor. 10.
1. l. 12. cap. 10. q. 6. & 7. Molin. d. 276. L. y-
man. l. 4. r. 5. c. 7. n. 12.

14 Delinquit verò contra paupertatis votum,
si quid sine domi, siue foris, etiam ex iis,
quæ ad vltum, ac vestitum attinent, sine su-
perioris consensu expulso, tacito, vel præ-
sumpto, accipiat, retineat, absumat, permu-
ter, donec alteri, vel accomodet. Dicit sine
consensu tacito. Nam si Prælati sciat, iudi-
cium aliquid accipere, retinere, vel expen-
dere, & non prohibet, cum facile possit, ta-
citate consensu videtur. Vnde si in Religio-
ne aliqua viget consuetudo recipiendi, vel
expendiendi sine superioris facultate, id per
tacitam approbationem Prælati, qui id
tolerando, consuetudinem rationabiliter vi-
gere declarat. Et si Prælati subito donet,
vel donari permittat imagines, rosaria, &c.
Sciens iis omnibus ad proprium vsum non
indigere, tacite facultatem concedere cen-
setur aliis donandi. Talem autem consensum
nisi in rebus parvis & crebro occurren-
tibus non præsumerem. Addidi, *Vel præ-
sumpto*. Hic enim locum habet, cum res vir-
get, superiorque præsens non est. Excusa-
ris verò à mortali, si præsumas ex superioris
affectu, rem concessuram, si à te rogatur,
quia tunc ceteris, rem ex voluntate
superioris saltem virtuali, quæ in illo affectu
lacet, habere. Ideoque si superior tantum sit
inuitus quoad modum, venialiter quidem de-
linquisti, non tamen contra paupertatem. Suar.
tom. 4. de Relig. l. 8. cap. 11. Sanch. l. 7. De-
cal. c. 29. numero 53. Layman. l. 4. tract. 5.
capite septimo numer. 6. Lessi. l. 2. capite
41. numero 79.

15 Religiosus in alium vsum expendens, aut
destinans, aut culpabiliter amittens ea,
quæ data ei sunt ad vsum proprium, con-
tra votum paupertatis delinquit, quia in
his tantum habet vsum facti, idque præ-
catio quando superiori videbitur: estque
dominij actus posse rem suo arbitrio de-
stinare. Sanchez. lib. septim. Decalog. cap. 29.
Layman. lib. 4. tract. quinto capite septimo
numero sexto. Lessi. lib. secund. cap. 41. n. 79.

16 Peccat, si quæ publicat, ut id liberæ
Prælati dispositioni subducatur. Nec Procura-
tores, Oeconomi, Administratores, Præla-
ti inferiores quidquam possunt expendere
præterquam quod Ordinis Regula, supe-
rioris voluntas, vel consuetudo postulat.
Quia non sunt domini bonorum commu-
nium, sed solum administratores. Layman.
libro quarto tract. quint. capite septim. numer.
9. ex Diu. Thom.

Demum si Prælati subito permittat,
vbi bona ex quacunque causa, aut titulo
provenientia vanos, torpes, vel illicitos
expendat in vitis: aut superflua pretiosa
& statum non decentia penes se habeat: etiam si
peccat & Prælati, & subditis contra
paupertatis votum, estque talis donatio
sen alienario irrita, ac restitutioni obno-
xia, quia Prælati non potest dare veniam
maiorē ei quam ipse habet: ipse autem
cum dominus non sit, non potest bono
suo arbitrari & inutiliter expendere, sed
tantum in Religionis necessitatem, & vi-
litatem. Lessi. libro secund. capite 41. du-
bio 9. Molina tom. secund. disput. 276.
Lugo de inst. d. 3. sectio. septima nume-
ro 131.

CAPVT IV.

De voto Castitatis.

X Castitatis voto Religiosus tene-
tur in primis, coniugio abstinere,
Deinde ab omni intimo, & exter-
no actu, qui sit contra castitatem, vt à tur-
pibus cogitationibus, ac delatione mo-
sa, à pollutione, ab omni actu venereo, à
turpi contractu, ab impudico aspectu: & ab
omnibus iis, quæ aliquo modo contra vir-
tutem castitatis existant, quidquid enim in
secularibus extra coniugium est aliquo
modo contra castitatem peccatum, est in Re-
ligioso Sacrilegium contra votum; c proinde
duplicem habet malitiam ita tamen vt mali-
tia sacrilegij mortalis sit in iis actibus in
quibus libidinis malitia sit lethalis; venialis
autem, in quibus mala venialis est. Sanchez l.
5. Decal. c. 6. num. 9. Suar. tom. 1. de Relig. l. 3. c. 3.
Laym. l. 4. tract. quinto capite octauo numero
primo.

Profecto quia difficile est, Religiosi, qui co-
iugio non potest post voca emissā colligari, vt
licitis voluptatibus potatur, castitatem ser-
uare, à Doctoribus monetur, vt octo medijs
efficacibus quidem ad tuendam eius vtatur.
Primum est humilitas, vt nostra fragilitate
cognita ad Deum recurramus, inxta illud Sap.
8. Scio, quod non possum esse continens nisi
Dus dederit mihi. Secundum sobrietas. Vn-
de Hierony Difficile seruatur inter epulas pu-
dici. Tercium, carnis mortificatio. 1. Cor. 9.
Castigo corpus meum. Quartum, seruatio custo-
diæ Eccl. 9. Averte faciem tuam à muliere
comp. a. & ne circumspicias mulierem alienam;
propter speciem enim mulieris multi perierunt.
Quintum, Orationem declinat, sante Pau-
lo, Fugite fornicari. nem Sextum, Virilis ten-
tationum resistentia, qua demonis sugge-
stiones repellimus. prim. Petr. quint. Cui
resistite foris in fide Septimum, serpens
Dei dilectio, qua amarissimam volupta-
tum delectationem facile despiciunt, quia
gustato spiritu, despicit omnis caro Orationum
mortis